



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XIII Quod nullas excusationes obte[n]dere poterimus pro bonis operibus in
die iudicij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER TERTIVS.

Iam vero de Christo cōfitemur futurū, qm̄ de cæ-
lo venturus est, & viuos iudicatur⁹ ac mortuos.
Non pertinet ad vitā nostrā quæ hic geritur, quæ
nec in rebus gestis eius est, sed in fine seculi gerendis.
Ad hoc pertinet, quod Apłs secutus adiunxit. Cum
Christus apparuerit vita v̄ra, tunc & vos apparebit⁹
cum illo in gloria. Duobus aut̄ modis accipi potest
quod viuos & mortuos iudicabit. Siue vt viuos in-
telligamus, quos hic nondū mortuos, sed adhuc in
ista carne viuentes inuēturus est eius aduētus, mor-
tuos aut̄ qui de corpore priusquā veniēt exierunt vł
exituri sunt. Siue viuos iustos, mortuos iniustos, qm̄
iusti iudicabuntur. Aliqñ enim iudiciū dei ponitur ī
malo, vnde illud est. Qui aut̄ male egerūt in resurre-
ctionē iudicij. Aliquando em̄ & in bono, secundum
quod dictū est: Deus in nomine tuo saluū me fac, &
in virtute tua iudica me. Per iudiciū q̄ppe dei fit ipsa
bonorū malorumq; discretio, vt liberādi à malo, nō
perdendi cū malis, boni ad dextrā segregentur. Pro-
pter quod ille clamat. Iudica me deus: & quid dixe-
rit veluti exponens: Et discerne (inquit) causam me-
am de gente non sancta.

Col. xi

Ioan. f.

Psal. 42

**Quod nullas excusatiōes p̄ bonis operi-
bus obtendere poterimus in diem iudicij.**

Caput XIII.

Age iam ad vltimū iudicium venerimus ab
eo iudice iudicandi, qui nec falli occultatiōe
criminū potest, nec ad impunitatē promerē-
dam muneris alicuius oblatiōe corrumpi, cum cæ-

i ij

HAY. DE VARIET. LIB.

perint omniū secreta reuelari, & non solum actus & verba sed etiā ipsæ cogitationes oñdi, quid faciem⁹ sub tanti iudicis maiestate? quid excusatiōis obtēdere poterimus? qua nos defensionis arte purgabim⁹? Quę nobis subuentura est pœnitētia, quā in hac carne contēpsimus? Quę nos defensura sunt opa bona, quę in hac vita non fecimus? Ad quos Apostolos, aut ad quos alios sanctos cōfugituri sumus, quorū exempla simul ac verba despeximus? an forte aliq̄ ibi fragilitas corporis excusabit? Sed excusatiōe eorū reclamabunt omniū exempla sanctorū, qui fragilitatem carnis in carne viuentes, quod fecerunt vtiq; facere posse docuerūt, maxime quia nec ipsi pctō sua virtute, sed dñi miserantis auxilio restiterūt: qui se & non quærētibus, vt q̄ratur atq; in eum credatur oñdit, & credentes in se ne à pctō vincantur inuicta p̄tectiōe defendit. Quid ergo respōsuri sunt, si eis dñs dicat: Si potuistis q̄re non restitistis desiderijs peccatorū? Si non potuistis, quare meū contra pctā non quæsistis auxiliū? Aut vulnerati, quare pœnitendo non adhibuistis vulnere v̄o remedium? Nunquid ad hæc obmutescemus? quid aūt excusatiōis restet? Non habētibus dicit, ligate eos manibus & pedibus & mittite eos in tñbras exteriores, ibi erit flet⁹ & stridor dētiū, ibi verm̄ eorū nō moriet̄ & ignis eorū nō extinguet̄.

Quod etiā minima peccata deducuntur ad iudiciū futurum, nisi fuerint in hac vita per pœnitentiam deleta. Cap. XV.

PArua etem peccata, & ea de quibus etiā nec suspicamur, deducuntur ad iudiciū nisi in hac vi-